



SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

OFFICIUM DE INDULGENTIIS

BEATISSIME PATER,

Episcopus Carthaginensis in Hispania, occasione sacrorum sollemnium quae ob septingentesimum quinquagesimum anniversarium apparitionis, prout dicitur, Ss.mae Crucis D.N.I.C. in "Caravaca" anno 1981 celebrabuntur, humiliter petit ut christifideles - suetis conditionibus confessionis, communionis et orationis ad mentem Sanctitatis Tuae adimpletis - consequi valeant plenariam indulgentiam semel durante anno iubilari, die ab unoquoque christifideli eligendo, si ad ecclesiam de "Caravaca", ubi lignum Ss.mae Crucis veneratur, peregrinati fuerint ibique alicui celebrationi liturgicae vel pio exercitio adstiterint; insuper ut ipse Episcopus, vel alius Episcopus ab eodem delegatus, impertiri possit, in praecipua celebratione praedicti anniversarii, Benedictionem Papalem cum adnexa indulgentia plenaria, lucranda a christifidelibus qui, uti supra dispositi, memoratam Benedictionem devote acceperint.

Et Deus, etc.

Die 2 ianuarii 1981

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum a Ss.mo D.N. IOANNE PAULO Pp.II sibi tributarum benigne annuit pro gratia iuxta preces, servatis iis quae circa Benedictionis ritum servari debent.

Praesenti durante praedicto anno tantum valituro. Contrariis quibislibet minime obstantibus.

J. Card. Juncun
P. H.